Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



prius q̄ gall' cantet ter me negabis. Et egressus foras
petrus fleuit amare. Et uiri illi qui tenebant ihm.
illudentes dicebant. Et uelauerunt eū & percuciebant
faciem eius. & interrogabant eum dicentes. Prophetiza. Quis
est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum. Et ut factus est dies. conuenerunt
seniores plebis & principes sacerdotum. & scribe. & du
xerunt illum in concilium suū dicentes. Si tu es xps. dic
nobis. Et ait illis. Si uobis dixero. n̄ creditis mi. Si aūt
& interrogauero n̄ respondebitis mi. neq; dimittetis. Ex hoc
aūt erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei. Di
xerunt aūt omnes. Tu ergo es filius dei. Qui ait. Vos dicitis quia
ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimo
nium. Ipsi enī audiuimus de ore eius. Et surgens omnis
multitudo eorum duxerunt illum ad pylatum. Ceperunt
aūt illum accusare dicentes. hunc inuenimus subuerten
tem gentem nrām. & prohibentē tributa dari cesari. & di
centem se xpm regem ēē. Pylatus aūt interrogauit eū dicens.
Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait. Tu dicis. Ait
aūt pylatus ad principes sacerdotū. & turbas. Nichil inue
nio cause in hoc homine. At illi inualescebant dicen
tes. Commouit populum per uniuersam iudeam incipiens a gali
lea usq; huc. Pylatus aūt audiens galileam. interrogauit
si homo galileus eēt. Et ut cognouit quia de herodis po
testate eēt. remisit eū ad herodem. qui & ipse erat ihe
rosolimis illis diebus. Herodes aūt uiso ihu. gauisus est
ualde. Erat enim ex multo tempore cupiens uidere eū.
eo qd audiret multa de illo. & sperabat signū aliqd uide

212